

Beiheit

2

S 177

1245 (1244) Febr. 21 Nürnberg.

[13]

König Konrad verpfändet dem Wildgrafen Conrad das Dorf Weilerbach (bei Kaiserslautern).

177

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gracia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Jerusalem. Universis presentem paginam inspecturis fidelibus suis graciam et omne bonum. Tenore presencium publice protestamur, quod nos . . Comiti Silvestri fideli nostro villam, que Wilrebach dicitur, cum officiis ad eam spectantibus et aliis eius pertinenciis universis pro quadringentis et sexaginta marcis, in quibus tememur eidem, de plenitudine nostri consilii, videlicet Godefridi de Hoenlog, Craftonis de Boxperch, Conradi de Smidelvelt, Walteri Pincerne de Limpurch et aliorum familiarium nostrorum obligavimus sub hac forma, quod omnes proventus ville prediecte et eorum, que ad eandem villam pertinere noscuntur,

intactati et sine diminuione qualibet usque ad epifaniam Domini proximam reserventur; et si usque ad predictum terminum comiti memorato debitum suum non fuerit persolutum, ipse comes extunc se de memoratis proventibus sine contradictione qualibet intromittet; et deinceps sepeditam villam cum omnibus eius pertinenciis, prout superius continetur, titulo pignoris usque ad integrum solucionem sui debiti possidebit. In eius rei testimonium eidem comiti presentem paginam dari fecimus sigilli nostri caractere roburatam. Actum apud Norenberg anno Domini M^oC^oX^oL^oIII^o, vicesimo primo die Februarii, indictione tercia.

Orig. Großes Siegel, teilweise zerstört, an rotgrünen Seidenfäden; Kyrburg Nr. 35. — Regest Goerz a. a. D. III, Nr. 415; Böhmer-Silber, Reg. Imperii V, Nr. 4495; gedr. Winkelmann Acta I, S. 404 Nr. 483; vergl. Neues Archiv 29 S. 671.